FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an [Jacob Turner ?].

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 11.08.1702

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-13833

Visual Library

H/C 838

Vir Nobilissime, et Amplissime,

Diuturniorem moram, quae inter ultimas meas et hasce litteras intercessit, excusavi in iis, quas ad Dr. Ludolffum dedi. Huic enim status meus ita perspectus est, ut suis verbis optime demonstrare possit, eo me premi negotiorum cumulo, ut nisi opprimi velim, scribendi officio non semper satisfacere ~~nequeam~~, cura rerum praesentium animum et otium a rebus absentibus nimium quantum abducente. Hinc aliqua, si non omnis, etiam filio suppetit excusatio, utpote qui, si ursissem magis, |~~scripsisset haud dubie~~, si ursissem, ajo. Nam negligentiam, praecipuum ejus vitium, dissimulare nequeo. Ingenio atque judicio multis aliis praestat, animo est non immorigero et ad bonum flexibili, |in studio ~~linguarum~~ reliquarum, historiae, geographiae et ~~reliquis~~ aliis, quas adgressus est, haud contemnendos facit progressus, et omnino virum aliquando praestare poterit. Sola negligentia cum aliqua petulantia conjuncta optima quaeque naturae et educationis bona corrumpit. Ea sola factum ut ne quidem toties totiesque admonitus elegantius pingere litteras disceret, et a commilitonibus non negligentibus eo in genere superetur. Exemplar ei praebetur ejusmodi, qualis est hujus epistolae meae scriptura: utpote quam eo nomine eadem

|frequentius haud dubie scripsisset.

|linguam germanicam ipsi certe non inutilem quasi aliud agendo ita didicit, ut expedite satis loquatur,

manu describendam curavi,
ut judicium ferre posses, in
discipulo, an in magistro cul-
pa haereat. Calligraphiae enim
studium cogi nequit, sed discipu-
los requirit, qui alacriter omniq;
animi intentione ad id incum-
bant. ~~Hodie~~ Nolim tamen
Vir Nobilissime, || te propterea spem abjicere, quam in filio antea collocasti. ~~animum tuum propterea a filio averti~~
Feramus naevos, quibus isthaec aetas ut plurimum laborare solet, ~~convenientes~~, et ab annis maturi-
oribus eorum emendationem
expectemus. ~~Non perduntur nummi, qui in educationem ejus impenduntur, quanquam~~
Non nego, si ~~major~~ animus ejus
serio magis ad pietatem, quae
est fundamentum rerum omnium
se applicet, ipsius majori fructu
~~ejus~~ solidiori [illegible] consumi
hoc in loco et otium et argentum posse. Interea spes est, eaq; haud
levis, fore, ut venientibus annis
memor ~~optimae~~ disciplinae, qua
~~ab optimis~~ fidelibus informatoribus quotidie
imbuitur, ea omnia, quae nunc negli-
gentius tractat, redigat in ordi-
nem debitum, imo alios superet, ingenii felicitate
reliquisq; naturae donis praesens
aetatis vitium abunde compen-
santibus. Nos hic in quotidianis
admonitionibus pergemus, dum
a Te ~~Parente~~ pro auctoritate
paterna monetur, ut nostris
monitis morem gerat, negligentiam
ac petulantiam deponat, animumq;

zu 23

H/C 838

ad pietatis culturam christiano homine dignam magis servi, quam factum est, factionis componat. Cæterum tantum abest, ~~...~~ vir nobilissime, ut quicquam tibi ~~quod nihil dissimulatum~~ dissimulaverim, ut multo lenius de ipso scribere potuissem, si mitigare judicio quodam charitatis majores, quos indicavi, ~~...~~ voluissem. Libere vero scripsi omnia, ut videas, me ~~eo~~ erga te candore uti, quem ab aliis adhiberi velim, si meum filium ~~...~~ externum educationi commisissem. Et monerem profecto non minus, si frustra hic tempus et nummos ~~argentum~~ impendi ~~...~~, vel alibi abagratione voto tuo rectius satisfieri posse, persuasum haberem. In rationibus, quas me urgente, mittit, # puerilia nonnulla facile etiam deprehendes, quæ pariter condonabis, et ut corrigat, monebis. Suo tempore, ut arbor bona et labore impigro ~~...~~ culta maturos dabit fructus, quibus, ut certissime confido, vere et ex ~~animi~~ voto gaudere possis. Vale interea et ama

(quanquam nescio, ~~...~~ superioris temporis rationes adhuc debeat, necne? plures enim ~~eam curam~~ mihi non obtulit, et indagare tam subito non vacat:)

Dab. Halæ in ~~...~~ ~~Magdeburgica~~ d. 11. Aug. 1702.

Tibi addictissimum